

Q. D. B. P.
Ad VIRUM

Plur. Reverend. & Clarissimum

DN. M. SALOMONEM
HAUSDORFIUM,

Ecclesiae Bernstadiensis Pastorem meritissimum,
cum

DNO. CHRISTIANO JACOBO
SCULTETO,

Ecclesiae Witgendorfensis Pastori
Filiam suam Quartogenitam

A N N A M H E L E N A M,

d. 27. Nov. M DCCIII.
solenniter collocaret,

acclamatio
CHRISTIANI WEISII, Gymn. Zitt. Rect.

* * *
QVarta Tibi quartum Generum quæ filia debet,
Debita persolvi nunc potuisse videt.
Scilicet a Domino veniebant pignora, quorum
Nunc simul a Domino vita salusq; venit.
Felix egregium quem cura domestica Patrem,
Propria quem pietas, sanctaq; vota probant!
Hunc nec plena domus pudibundâ mole fatigat:
Nempe suos probitas invenit usq; procos:
Orbum nec faciet quæ sponsa reliquerit ædes:
Nam redit ad vacuas altera nata vices.
Det DEUS inclinans tamen ut tibi floreat ætas,
Donec ter focerum te nova turba vocet.
Tandem quos Generos tibi nunc contingere gaudes,
Et foceros olim jusserit esse DEUS.



Zittavia,
Typis Michaelis Hartmanni.

